



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

IX. Luhtero-caluiniani an sint Seruetiani, & Valentiniani?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

tamen effugere nequirit pœnitentiam, in solo circum ductus induit, cum cero, sub voce præconis: dato insuper iuramento de non deserenda vrbe. Attertum perius, denique morte lait, autore Caluino.

Illi autem innovati Ariani tres erant. 1. Tres esse spiritus eternos, Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Essentiali Numero differentes. 2. Has Personas non esse aequales; sed Patrem eternam eminentiorem; sic ut Pater Essentia; aly duo Essentiari debent dici. 3. Filium esse non ex nihilo, neque ex tempore genitum; sed ab eterno, & ex Patre Substantia.

A V T O R. Hæc de Essentia & Distinctione Personarum vniuersè: nunc singulatim de Distinctione.

IV. VALENTINIANI, eti cum Ario agnoscunt tria distincta, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; re ipsa tamen in Deo vero intrinsecam distinctionem, ita ut eadem Essentia sit in tribus, non agnoscunt. Ideo nolunt dici Patrem Personam primam: Imò Personam, ait, primam esse sophisticam & diabolicam. Vnde rident hæc nomina, *Essentia, Persona, Relatio, Proprietas.*

TRANSYLVANI agnoscunt Patrem à Christo distinctum; vt quem purum hominem faciunt. Ante Incarnationem tamen nullam agnoscunt Distinctionem in Deo; sed dicunt; Verbum & Spiritum Sanctum, que in Veteri Testamento leguntur, esse Potentias, seu Virtutes Patris, Non Distinctas ab eo Persona, Relatione, aut Propriaate: quæ Nomina Rident & ipsi tot lib. 2.

Hæc relatio Atheismorum: Porro Collatio dictorum fiat; & demonstratio, Lutherocaluinianos esse & Seruatianos partim; partim & Valentinianos, id est Samosatenos nouos & Arianos, liquebit.

Q V Ä S T I O I X.

Lutherocaluiniani an sint Seruatiani, an vero Valentiniani?

V T H E R O - C A L V I N I A N A huc prius in Synopsin redigam prædicta;

dein alia subijciam: ad questionem deinde respondebo.

1. LUTHERI vox est: Dci Filius est Virtus, Patri: non Deus. 2. Verbum est Instrumentum Patri in creando & operando. 3. Christus est E L, sicut & creature. Nam E L in singulari dicitur in Scripturis tantum de DEO VERO. Sic & Lutherani; Ut Melanchton: In Christo Aliquid Natura diuina est. Ut Stancarus ex eodem, & Schhgkius: Singula Personas plenaria & perfecta Deus non sunt; in unum tamen collecta Deum perfectum efficiunt. Ut Schhgkius. Sunt nuda Proprietates. Diuina Essentia non potest tota de Singulis predicari. Sunt Energia tantum & tres Partes &c.

CALVINI vox est: Vtinam sepulta essent hec Nomina, Trinitas, Persona. &c. Item Pater, Filius, & Sp. Sanctus tantum Proprietate quadam sunt distincti. Musculus. Sine vocabulo, Personæ, potes esse Christianus.

A V T O R. Atqui ista sunt Seruatiana partim & Valentiniana: Patet conseruenti: Ergo tales sunt & ipsi Lutherocaluiniani. Porro liquebit idem evidenter & subiectis eorundem ac Symmystrorum ipissimis totidem Verbis, & Censuris.

II. ERASMVS, LUTHERI calamus, dextera, & anima, in c. 5. Ephes. statuit hoc sibi axioma: In Scripturâ Pater intelligitur, quies absolutè DEVS appellatur. Hanc regulam gnauiter sequuntur Transylvani. Idem istud Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, sic exponit, id est; cum opera exteriora faceret, in quibus fulgebat Diuinitas. Probat. Quia sicut formâ servis suscepit specie exteriora, non substantia altera: ita & formâ Dei in exteriori operatione miraculosa. Hæc summa Erasmiana est, Vide Bell. l. 1. de Christo c. 7.

I. A V T O R. Ergo Erasmo Dei filius non est absolutè DEVS, aut Verus DEVS. Vide nostrum Antichristum Calu: q. 3. 3.

PERKINSVS Anglus Theol. Calu in Explicat. Symboli. ait: Iuxta usitatam & vulgarem regulam; Si comparetur DEVS cum Filiu & Spiritu Sancto, tum per vocem DEVS solus Pater intelligitur. Restringit hic artius, quod vniuersè dixit Erasmus,

MELANCHTHON in epist. ad Elect. Brandenburgum, & in Locis, editis Basili pag. 42. Christus ante incarnationem Regnum sibi à Deo Patre datur: Ergo non ab aeterno id cum Patre habuit commune; ut in isto

G. 3. minor

minor Patre. Ibid. Secundum diuinitatem restitui sibi gloriam possidat. Ergo amiceat, ut minor. Idem in Loci Commun. anni 1545. pag. 24. Item Beza in epist. 23. Christus secundum Diuinitatem obediens Patri; ira eius cedit. Idem Melanch. epist. ad Brandeb. & lib. contr. Stancarum: Christus patri Sacrificat, Supplicat, apud eum intercedit.

II. AVTOR. AT Istae propositiones olim & Arianorum erant, teste S. Cyrillo lib. II. in Ioan. c. 17. & 18. Sunt autem & Valentinianorum: patet supra.

1. CALVINVS in literis ad Polonos nihil ab iisdem. Tigurini epist. ad Polonos anni 1560. & 1561. in omnibus illi suffragantur. Item Fulco in confutatione criminacionum Papisticarum, pag. 64. & 65. Item Tuellus contra Hardingum art. 14. & 17. ait: *Duo in Christo naturae fuerunt, Deitas, atque Humanitas. Christus Humanam naturam immolatus fuit; Diuinam Sacrificus extitit.*

2. CALVINVS epist. ad Polonos. *Quanquam ab antiquis sententia Christi: Pater Maior est me: restricta fuit ad Humanam eius naturam: EGO tamen non dubito ad Totum Complexum extendere.*

3. CALVINVS è cathedra Pinezouiana definiuit: *Filius, etiam in Diuinanatura, Officij ratione, Patre minor est.* Stanislaus Sarnicus, cum idem in publica disputatione largitus Arianis fuisset, eò nomine est à Caluino, in epist. ad Polonos, misericordè commendatus. Et à Beza in epist. Theolog. 14. audire merituit, Frater plurimum obteruandus.

4. CALVINVS Instit. I. 2. c. 14 §. 3. illud Pauli: *Tunc & ipse Filius Subiectus erit ei, exponit quo ad Diuinitatem ratione officij.* Accedit in hoc illi pedarius Senator Melachtho: qui in libro contra Stancarum, & Epist. ad Brandeb. appellat sepius Christum Patri Subditum, secundum Diuinam quoque naturam; *cinq[ue] Ministerum.*

5. CALVINVS in Harm. Matth. cap. 22, v. 44. & in Matth. c. 26. v. 64. ait, *Christus est Patris Vicarius: In Ioan. c. 17. v. 12. cinq[ue] Minister. In Ioan. I. v. 18. & ei ab intimis secreta.*

6. CALVINVS epist. ad Polon. Verbum, & secunda illa in Dinius Persona, iam inde ab initio, ante lapsum Ada, Mediator fuit. Qui & esse certe non potest, quin dispensationis ordine, super Mediatoris Personam Pater emineat.

7. Theod. Beza epist. 28. *Christus Mediator est inter Patrem & nos, distincte secundum Humanam naturam; & distincte secundum Diuinam: imò pricipue secundum Diuinam.* Huius hoc Beza, mali corui malum ouum, ab Magistro suo Caluino in admonitione ad Polonos, sic tonante: *Impius est, imò diabolus, quisquis Negat, Christum secundum Diuinitatem esse Mediatorem.*

8. TIGURINI epist. ad Polonos anni 1560. hortantur, ut hoc docere constanter pergent: & si fecerint, ipsi à Domino benedictionem (scil. orci:) hariolantur. Rursum iudem in suo ad Polonos responso inquit: *Tres sunt Personales in Uno Deo operationes.*

9. CALVINVS lib. contra Gentilem in refut. Prothesios 10. Et Inst. lib. I. c. 13. §. 23. *Pater Solus in Scripturis Deus vocatur καὶ ὑπεροχὴν, per excellentiam. Sic & Zanchius de tribus Elohim par. altera. lib. 5. c. 8.*

10. CALVINVS Harm. in Math. cap. 26. v. 64. Et in Confess. Geneuen. anni 1563. seclarius explicans ait: *Pater primum. Filius secundum. Spir. Sanctus tertium à Patre obtinet imperij & honoris locum.* Idem Harm. in Ioan. cap. 6. v. 57. & in Marci. c. 17. v. 16 Passer, ait, *prima vita causa est, & primus Gradus; Filius secunda, Spiritus S. tertia.*

11. BILLINGERVS, corculum Caluini, in respon. ad lib. Cochlæ, de Scripturæ Canonice, & Ecclesiæ Catholicæ autoritate, cap. 7. *Non Statu, sed Gradus tres in Diuinitate Personæ differunt.* Nuncipiorum met Caluinistarum super istis Censuras audimus.

III. AVTOR. 1. Num cuiquam adhuc superesse dubium poterit; quin ynnanimis Caluinistarum cum Lutheranis

nis

nis sit consensus quoad Diuinitatem Christi, censi etiam minorem patris Diuinitatem? Quoad Deum, dici solum Patrem; non Filium? Quoad Distinctionem Deitatum trium gradualium? Quoad Proprietates accidentales, non essentiales in Personis? Quoad ipsa vocabula? 2. Cui obscurum; quin eorundem unus sit jdemque sensus ac consensus cum Seruianis, & Valentianis? Non obstante, quod Caluinus utrumque autorem ferro, flammis, styloque sit usque ad neces, ad orcum persecutus.

3. Quod si quae tamen vlla cuiquam fibra dubitationis inhæserit; ecce tibi adiunxit illam stirpitus, ac elidunt ipsi Caluinistæ. Nam ita.

1. Iosias Simlerus lib. de aeterno Dei Filio, disertè testatur ita Valentini Gентilem docuisse. Liqueat *suprā quest. 8.*

2. Liqueat idem apud Caluinum ipsum ex Confessione ipsiusmet Gentilis Prothesi 21. §. 3. Roserius. (teste Lanoyo, Roserij quondam Comministro, in Reip. Christiane lib. 2. c. 4.) deprehendit hunc secundum Atheismum in fratribus suis; & arguit, cum adhuc in herba esset, (verba sunt Quirini Chnogleri, viri optimi) cumque vixit in eunis positum Caluinum vagiret Euangelium.

4. Fr. Stancarū, et si insigniter Zvnglianum, & Caluini obseruantem; in multis Lutheri admiratorem; exclamare tamen coegerunt istae Caluinii Propositiones in hæc verba: *Quis diabolus, o Caluine, te seduxit, contra Filium Dei cum Ario obloqui?* Simul asserere: *Seruisti combusti Spiritus, secundum Polonicos, in Caluinum remigravit.*

5. Idem Stancarus lib. de Trinit. in-

quit: *Omnis Ecclesia, que Fidem Genevensem & Tigurinam tenent de Christo, sunt Arianae: & hoc negari non potest.* Nos domestici i testis tot testibus freti, nolumus contemnere testimonium. Præterim, cum Arianos ista pleraque omnia docuisse, ex D. Augustini operum tom. 6. in Sermone de Arianiis, doceamus. De istis vide in mea *Genealogia quest. 3. 4. 5.* Nec pluribus refellere attinet.

Q V A E S T I O X.

Nomina Veri Dei an sint & Christi, per Lutherum caluinistas?

Hæc cum pluscula sint, ibimus per singula strictim: quæ sunt, Deus, Tetragrammaton, Altissimus, Invisibilis, Deus gloria, Rex Regum.

I. Christus an D E V S?

1. **LUTHERVS** Ia. 9. ubi Christus dicitur, *Deus fortis, posuit Virtus fortis;* & vt nomen, EL, Deus, Christus eriperet, singit id etiam creaturis commune esse; vt, tametsi hic de Christo dicatur; non tamen vt de Deo vero, sed vt de creatura dici persuaderet. Idcirco etiam 1. 10b 5. trium Personarum diuinarum nomina exautorauit. Sic uero & de Liciinis suis illud. S. Trinitas unus Deus, eiecit. Vide *suprā quest. 6.* Idem in Postilla fol. 4r-a. 10. 2. *Christus non est uaca, neque ex strigibus unus.* & fol. 304.a. *Christus non est stultus:* & sua tamen negotia stolidè instituit. Tantus verò inter omnes peccatores peccator est, ut eo maiorem nullum unquam tollerit hic orbis terrarum. Hæc veò insignis reuocatio Christi est.

2. **ERASMO**, in c. 5. *Non Christus in Scripturis; sed Pater intelligitur, quoties absolute D E V S appellatur.* scil. vt hoc nomen Christo abstraheret.

3. **MELANCHTHON** in Locis, *Christus est Aliquid diuina natura.*

4. Schegkio Christus est *Energia Patris.* Lutherio, *Instrumentum Creatoris.*

5. Caluinum istis infandiora blasphemare patet *suprā quest. 9.*

A U T O R. Contrarium constat ex S. Irenæo lib. 3. c. 6. *Neque Dominus, neque Spiritus Sanctus, neque Apostoli, addit c. 8. neque Propheta, qui non est Deus, definitiū*

& ab-